

huc resistere valeant. *Alia* insuper 5.) est *activa*, qvæ ita dicitur respectu subjicientis, qvi alios in potestatem suam redigit sibi qve subjugat, sicut talis CHRISTO data ἐνέργεια, ut potuerit ὑπολίτης εἰσελθεῖν πάντα, Phil. III. 21. *alia passiva*, respectu inferiorum, qvi imperium alterius, ut subjecti, suscipere necesse habent, Tit. II. 9. Deniq̄ 6.) Subjectus aliquis dici potest vel *αὐτολόγος* ac *simpli-*  
*citer*, qvi nullum habet inferiorem, sed in summo gradu  
*est* subjectus v. g. mancipium abjectissimum; vel *κατὰ*  
*τὴν* ac *secundum* *quid*, nimirum respectu superioris, cùm  
*aliás* non implicit, eum qvi subjectus *est*, alios qvoqve  
*sibi* iterum subjectos habere, ut Magistratus inferior  
*superiori* subjectus dici potest. Qvando itaq̄ CHRISTUS  
*ὑπολειταγμένος* τῷ πατέρι dicitur, *est* illa *equidem passiva Sub-*  
*jectio*, *est* non servilis, civilis, coacta, ac *αὐτολόγος* talis, sed filia-  
*lis*, libera ac *secundum* *quid* talis, nimirum respectu Pa-  
*tris*, qvi activè ipsi omnia subjecit.

§. III. Expositis nunc loci nostri cum antecedenti-  
bus connexione, ac varia vocabuli Subjectionis acce-  
ptione, protinus ad *Subjectionis passivæ Terminum à quo* con-  
siderandum progredimur, qvando nimirum illa mani-  
festanda sit, perpendentes. Hic autem *Terminus à quo*,  
*est* *Subiectio τῶν πάντων activa*, qvibus subjectis, ipsa Filii  
*Subiectio*, qvâ idem Patri subjicitur, manifesta fiet,  
uti oppositio particularum *ἐπαυ* & *τότε*, in verbis Paulini-  
nis, satis evidenter evincit, dum dicit: *ἐπαυ δὲ ὑπολα-*  
*γῆς αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ οὐλὸς ὁ υἱὸς ὑπολαγήσεται*. *Est* au-  
tem *hec Subiectio nihil aliud*, qvām consummatisimi dominii in  
*omnia terrestria atque cœlestia acquisitio ac usurpatio*, atque ple-  
*naria omnis potestatis hostium infernalium destructio* & *abolitio*,  
*quā, devictis omnibus hostibus, ita illorum insolentia fracta, ita*  
*debili-*